



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Instructio practica ...**

Continens Armamentarium Seu Panoplima Spiritualem - Id est, Varia arma  
& media ad omnis generis tentationes fortiter sustinendas, & feliciter  
superandas, Ad Omnium Quidem Animarum

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1688**

Tent. II. Ob Eloquentiam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48377](#)

Auriga, causam esse, quod macilenti nimis, & debiles sint; cùmque ego iterum subijcerem, cur adeò macri sint, cùm tamen currum integrum hordeo o-nustum vehant? respondit ille, vekere quidem illos hordeum, sed non propterea hoc illis in pabulum offerti. Hoc responso auditio, occurrit mihi, quod idem etiam aliquibus viris doctissimis eveniat, utpote qui & ipsi caput plurimis saluberrimis doctrinis referrunt circumferunt, sed tamen interea in spiritu macilenti existunt, quia doctrinas tales non applicant sibi. Quæ quidem omnia cum tanta Spiritus vehementia dixit, ut similitudo, quæ ab initio videbatur ridicula, post applicationem factam fletum excitârit.

## §. II.

*Tentatio II. ob Eloquentiam.*

VIII. **C**Hiyostomus Orator eloquentissimus, dum passim Populum ad audiendum Verbum Divinum ad se confluere advertit, & præterea conciones suas tum voce prolatas, tum typo commissas, mirè ubique deprædicari audit, non mediocres inde stimulos sentit, ad altius de se sentiendum, vanèque sibi in tanta laude & gloria complacendum. Quæritur, quomodo hos stimulos reprimere possit, ac debeat?

*Responsio.*

IX. Primò sibi in memoriam revocet saluberrimam simul, & verissimam S. Pauli I. Cor. 3. sententiam: *Ego plantavi, Apollo rigavit, DEVS autem incrementum dedit. Itaque neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat DEVS.*

I 4

Cùm

Cum ergo labores proximi causâ suscepti nihil dicitur  
sint, quâm plantatio & rigatio, hæ autem ex se dicitur  
sint, id est, nihil efficere queant, nisi DEUS gran-  
efficacem conferat audientibus ad executionem  
dandam doctrinam in concione acceptam, facilè non  
paret, nullum Concionatorem, et si esset omnis & si  
hominum facundissimus, ullam habere superbici-  
séque super alios extollendi causam.

X. Secundò aliam quoque ejusdem D. Apollonius  
non minus salubrem, verâmqe sententiam i. C.  
13. prolatam in memoriam revocet: *Si lingui  
minim loquar & Angelorum, charitatem autem  
habeam, factus sum velut as sonans, & cymbalum  
niens.* In qua sententia duo offert media ad re-  
mendum superbiæ stimulum non parùm idonea.  
Quorum primum est, quod, sicut sonus tubæ & cym-  
bali non ipsis, ut pote quæ ex se sonum edere non po-  
sunt, sed inflanti, aut moventi adscribendus est,  
& verba, quæ Concionator profert, non ipsis, ut  
puro instrumento, sed DEO tanquam principali-  
sa adscribi, atque adeò illud Davidis ps. 113. usurpe  
debeat: *Non nobis, Domine, non nobis, sed nomi-  
nus tu da gloriam.* Alterum est, quod sicut Cym-  
bolum, dum ad elevationem pulsatur, omnes autem  
rōsque præsentes ad pectus pulsandum, & varios vi-  
tutum actus eliciendos movet, nec tamen quisque  
propterea illud laude dignum judicat, ita nec Con-  
cionator fructum, quem facit suis concionibus,  
adscribere debeat, ut qui excitet duntaxat Auditionem  
ad varios actus virtutum.

XI. Tertiò eidem narret, quid S. Dorotheus Dis-  
pulo suo Dositheo querenti, quod perpetuò incite-

ad vanam gloriam **ex officio Infirmitatis** tam bene ad-  
ministrato capiendam , responderit , admonens , ut ,  
ubi se à tali tentatione titillari adverterit , mox sibi di-  
cationi mactat : Mi Dosithee , tu quidem bonus es Infirmitius ,  
& sibi dicat Concionator , & facile omnem vanæ glo-  
riæ impetum reprimet . Certe adveniente die judicij ,  
non quaretur à nobis , quid legimus , sed quid fecimus :  
nec quam bene diximus , sed quam religiosè viximus ,  
inquit rectè Thomas Keinp . l . i . c . 3 .

XII. Quartò ostendat illi , quod , etiamsi ab o-  
mnibus hominibus , qui fuerunt , sunt , & erunt , ple-  
nis buccis summè deprehendetur , nec hilo tamen me-  
lior esset , quam quivis minimus Rusticus aut Men-  
dicus , qui omni ejusmodi laude caret ; cùm , teste  
David ps. 44. Omnis gloria Filiae Regis ab intus sit ;  
omnis autem Eloquentia , aliisque similia dona extrin-  
seca , id est , nullam per se bonitatem conducentem ad  
finem supernaturalem habentia sint , atque adeò nec  
laudem propriè aut estimationem habeant , nisi per  
intentionem bonam ad finem supernaturalem ordinen-  
tur , sique & ipsa bonitatem ab ipso accipient .

### §. III.

#### Tentatio III. ob pulchritudinem Corporis.

XIII. **S**usanna Nobilis Domicella eximiâ corporis  
pulchritudine prædicta , advertens , formæ suæ  
elegantiam raram non tantum passim ab omnibus de-  
prædicari , sed ob eandem etiam se à quamplurimis  
in conjugem expeti , confitetur , se saepius gravissimas  
superbiæ tentationes hac de causa passam fuisse , &

I §

etiam-